



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt LXXV. Sanctæ Gvdilæ Collegivm Bruxellense in Brabantia & dioecesi  
Machliniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPVT LXXV.

SANCTAE GVDILAE COLLEGIVM  
*Bruxellense in Brabantia & diœcesi  
Machliniensi.*

**S** GVDILA VVitgeri Comitis & Amelbergæ filia, Virgo nobilissima, Niuellis à S. Gertrude optimis moribus fuit instituta, quæ & de sacro ipsam fonte susceperat. Temporibus Caroli Magni ex vico Ham sacrum eius corpus translatum est Morsellam, indeque postea Bruxellam à Carolo Lotharingiæ Duce, collocatumq; in Basilica Sancti Michaelis, quæ hodie S. Gudilæ dicitur, ab eodem Carolo Duce in monte excitata.

Collegium porrò Canonorum Sanctæ Gudilæ instituit *Lambertus Baldericus*, Comes Louaniensis, Lamberti primi filius.

## CAPVT LXXVI.

BVCHOVIENSE COLLEGIVM  
*Virginum nobilium Canonissarum, in  
Sueuia.*

**B**VCHAVGIA vel Buchouia Canonissarum seu monialium nobilium, antiquo stemmate, maiorumque imaginibus conspiciuarum; ab omni tamen professione, ac voto immunium, collegium in Sueuia ad eiusdem nominis amœnissimum lacum, quem vulgò *liberum*